



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

24. Spe salui facti sumus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

interdum fruuntur milites: imò omnem pe-
laborem, qui nisi momentaneus est, honor
gloria etiam huius seculi longè superat,
illa illud, *προς απει, δεξα μενει*, & tamen
tam militiæ diuturna cum pace prosperitas,
quam brevis laboris honor diuturnus, vera
merces est. Sic bona opera *saliunt in vitam* 10an. 4.
etiam; & id quod leue ac momentaneum est tri- 14.
ulationis nostra, æternum gloria pondus operatur 2. Cor. 17.
in nobis: id est, efficaciter acquirit, vt elegan-
ter exponit S. Augustinus super illa verba, Enarr. in
Rejingu laborem in praecepto. Psal. 93.

24. Spe salui facti sumus.

Obseruandum hîc venit, salutē nostram
attribui spei, sicut alijs in locis fidei,
charitati, mortificationi carnis, bonis operi-
bus. Nempe quum sicut virtus ex tota causa
est, sic & ad vnum effectum producendum
multa concurrunt, tum parti integrali tota
virtus, tum causæ partiali totus effectus
sepe admodum in Scripturis tribuitur: non
quia cetera negantur, sed quia non omnia
vno & eodem loco dici necesse est. De hac
Synecdoche Scripturis sanctis visitatissima
sepe admonet S. Augustinus. Dicit vna
Scriptura; *Omnis qui credit, natus est ex Deo: di-*
cit alia; Omnis qui diligit, natus est ex Deo. Rur-
sum dicit vna Scriptura; Iustus ex fide viuit: di-
cit hîc alia Scriptura; Spe salui facti sumus: dicit
etiam alia; Si vrs ad vitam ingredi, serua man-
data.

Salutis
causæ aliq
præter fi-
dem.

De fide &
operibus
cap. 13.
23 25.
De nat. &
grat. c. 68.
1. Ioan. 5.
1. Ioan. 4.
Rom. 2.
Matt. 19.

duta. Hæc vna res non obseruata, vel neglecta, frequentem hæreticis errandi & in errorem mittendi occasionem dedit. Sanè horum verborum tractationem tum Caluini tum Beza penitus intactam reliquerunt. Nullas quippe Scripturas libenter percontant, quæ alteri salutem tribuunt quam fidei.

38. *Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, imò & qui resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, & interpellat nos?*

Sensus horum verborum satis perspicuus & clarus est, siue totum per interrogantem legatur, vt in nostro textu habet, & legendum esse iudicat Augustinus; vt interrogantiones percontationi subiectæ negationis habeant; siue quod percontationi subiectur, affirmatiuè legatur, subaudito verbo (vt Nouatores volunt, Caluinus, Beza, alij) quæ tamè lectio in idem recidit, videlicet electos & ab accusatione & à condemnatione liberos esse; quia, ne iustè acculentur Deus illos iustificauit; &, ne omnino condemnentur, Christi mors, resurrectio, gloria & perpetua apud Patrem interpellatio potentissimè effecerunt. Per mortem Christi, remissa sunt illis peccata; per resurrectionem, vitæ nouitas ac iustitia illis collata.

De doctr.
Christian.
lib. 3. c. 2.

Electo-
rum certa
salus.